

Heinrich Rahn Joachim Petersen

## **Disputatio Iuridica De Sponcionibus**

Rostochi[i]: Kilius, 1647

**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766448665>**

Druck Freier  Zugang






Ja - 1143 1-58.  
      
Z 16.7

Universitäts-  
Bibliothek  
Rostock

42.18



J. N. D. N. J. C.

DISPUTATIO JURIDICA

DE

SPONSIONIBUS,

*Quam,*

Approbante nobilissimo Jctorum in  
illustri Rosarum Academia ordine,

PRÆSIDE

*Viro Amplissimo, & Consultissimo,*

DN. HENRICO Rahnen/ J. U. D.

ac Professore Publico, & Facultatis

Juridicæ p. t. DECANO Spectabili, Dn. Præce-  
ptore & Patrono suo omni observantiæ & honoris  
cultu æternùm prosequendo,

PRO SUMMIS IN UTROQUE JURE PRIVILE-  
GIIS ET HONORIBUS DOCTORALIBUS  
CONSEQUENDIS

*Publicè examinandam proponit*

JOACHIMUS PETERSEN,

Lubecensis,


*In Auditorio Majori*

Ad diem 23. Martii horis ante- & pomeridianis

✽(\*\*)✽

ROSTOCHI,

Typi NICOLAI KILII, Acad. Typogr. Anno 1647.



*MAGNIFICIS, AMPLISSIMIS, CONSUL-  
TISSIMIS ET PRUDENTISSIMIS*

*VIRIS*

**DNN. CONSVLIBVS ET  
SENATORIBVS INCLYTÆ**

**REIPUBLICÆ LUBECENSIS**


**PATRIÆ PATRIBUS LAUDA-  
TISSIMIS**

**DNN. PATRONIS ET MECÆNATIBUS  
MEIS SUMME VENERANDIS**

**DEBITÆ OBSERVANTIÆ TESTANDÆ  
ERGO**

**DISPUTATIONEM HANC INAUGURALEM  
LUBENS MERITOQUE OFFERO**

**IOACHIMUS PETERSEN.**





## Prooemium.

**T**ractatus de Sponsionibus quàm quotidianus frequensque sit, nemo est profecto, qui nesciat. Verum pauci sunt, qui vim ac potestatem verbi noverint, qui ve ex nostratibus scripserint, inquit celeberrimus J. C. Benvenutus Straccha in tractatu suo de Sponsionibus statim initio. Quæ verba cum non ita pridem legerem, de materia, quam disputationi destinarem, sollicitus, hæc de Sponsionibus mihi præ ceteris digna visa fuit, in qua evolvenda operam & industriam meam collocarem. Sed ne longiore antelugio quempiam detineam, jam è carceribus in ipsum profilio circum: quem ut rite decurrere valeam, adsit propitius is, sine cujus ope atq; auxilio nihil providenter mortales auspicantur.

### THESIS I.

**S**ponsio à sponte. quod sponte fit vel dicitur, appellata, *Goedd. ad l. 7. de V. S. n. 16*, quãvis generale nomen sit, & ad omnẽ promissionem, quomodocunq; factam, referatur, *l. 7. de V. S. l. 19. §. 2. D. de adilit. edit. l. 6. §. 12. D. de pact. l. 1. D. de LL. Goedd. add. l. n. 15. seqq. Hillig. ad Donell. 14. comment. 36. C.* hic tamen illam accipio pro ea



promissionis specie, quæ certaminis alicujus gratiâ fit, & Germanis in vernacula lingua *Wetten / Wetzung* nuncupatur.

II.

In hac significatione Sponsio rectè videtur definiri, quod sit conventio, quâ inter duos, de veritate vel eventu alicujus rei inter se contententes, per promissionem quandam reciprocâ id agitur, ut victus aliquid perdat seu solvat, victor verò lucretur seu accipiat. *v. Perez. in prælect. ad tit. C. de aleator. n. 8. Thesaur. 2. quæst. forenj. 19. n. 2.*

III.

Causa efficiens Sponsionis remota, eaq; principalis est jus, & quidem gentium, *arg. S. 2. Instit. de jur. nat. gent. & civ. l. 5. D. de J. & J. minus principalis & impulsiva autem æquitas naturalis, cui conveniens est voluntatem domini, rem suam in alium transferre volentis, ratam haberi, s. per traditionem, Inst. de rer. divis. atq; ea, quæ inter homines placuerunt, servari, l. 1. pr. D. de pact. quod fidem fallere grave sit, l. 1. pr. D. de constit. pecun. Unde etiam id, quod ex causa sponsionis alicui obvenit, jure naturali licitè acquiri existimo, per ea, quæ tradit Domin. Sot. de Just. & Jur. lib. 4. quæst. 5. art. 2. Covarr. ad c. peccatum, S. 4. n. 2.*

IV.

Sed & jure nostro civili sponsiones admitti, satis potest probari, cum ex aliis multis locis, tum præcipuè *ex l. 3. D. de aleator. l. 17. S. fin. D. de præscr. verb. Perez. & Covarr. d. l. Schneidevv. ad S. sub conditione, Inst. de V. O. n. 15. Coraf. miscell. jur. lib. 7. c. 7. Clar. lib. 5. sentent. S. ludus n. 5. Gomez, 2. variar. resolut. 11. n. 4. Soar. in thesaur. recept. sentent. sub lit. S. n. 164. ubi, quin sponsiones valeant, nullum jus impedire, ait, Zas. ad l. 108 de V. O. n. 6, & ad l. 37. de reb. cred. n. 5. & Dd. communiter teste Decio consil. 115. n. 4.*

V.

Statutis quoq; nonnullorum locorum sponsiones expressè invenimus approbatas. Ita enim habet jus provinc. Pruten. *lib. 4. tit. 16. art. 6. Wann gefragt/ob Wetten kräftig seye / da sehen vnd ordnen wir/ daß die jenigen/welche mit einander bedächtelich wetten / daran verobligiret vnd verbunden seyn. Vnd sol dieselb ihren Bestandt haben/ &c. Idem N. R. cautum esse, ex loco infra allegando apparebit.*

VI.

Jure Saxonico, quo etiam in quibusdam Saxonix inferioris locis multum utimur, licet nonnulli putent, omnes sponsiones indifferenter prohi-

prohibitae esse, attestante *Heig. part. 2. quest. 10. n. 53.* pleriq; tamen inter jus civile & Saxonicum hac in parte differentiam aliquam non agnoscunt, v. *Schneiderov. & Heig. d. l. Schultz. in synops. Inst. ad tit. de V. O. lit. B.* & secundum dispositionem juris civilis Scabinos Lipsiensis & Wittenbergenses jus Saxon. interpretatos, tradit idem *Heig. d. l. n. 56.* quemadmodum etiam in Dicafterio Jenensi secundum sponsones pronunciatum, quod scil. validae sint & efficaces, & quod reus conventus & victus ad solutionem promissae summæ teneatur, se meminisse, ait *Webner. in observ. pract. in verb. Wetten/Wettungen. vid. praeterea consult. Saxon. lib. 1. quest. 141.*

## VII.

Causa efficiens Sponsonis propinqua sunt personae sponsonem contrahentes: quarum conditio talis esse debet, ut ex conventionem (1.) alios sibi civiliter obligare, (2.) ipsae aliis ita obligari, & (3.) inter se etiam civili obligatione obstringi possint: aliàs futurum, ut sponso vel ab utroq; vel certè ab uno latere vacillet.

## IX.

Hinc sponsones non rectè ineunt furiosi, mente capti, infantes: quippe intellectu ac consensu, in omni conventionem necessario, *per l. 1. §. 3. D. de pact. l. 55. D. de O. & A. destituti, nec alios sibi obligare, etiam interveniente tutorum auctoritate curatorumve consensu, multòq; minus ipsi aliis obligari possunt, §. 8. & 9. Instit. de inutil. stipul. l. 1. §. 12. seq. D. de O. & A. l. 5. D. de R. J. Idem dicendum de iis, qui usq; ad alienationem mentis vino se ingurgitarunt, arg. c. sanè, 15. quest. 1. c. venter distinct. 35.*

## IX.

Non etiam propter ademptam bonorum administrationem sponsones rectè celebrant infantiam jam egressi, sed adhuc impuberes; prodigi, quibus bonis interdictum est; minores, curatorem habentes: ad hoc scilicet, ut aliis ex sponsonem obligentur, *per l. 43. D. de O. & A. l. 40. D. de R. J. l. 3. C. de in integr. restit. min. accedente licet tutore vel curatore, arg. l. 46. in fin. D. de admin. & peric. tut. l. 9. §. 1. D. de auctor. & consens. tut. l. 1. §. 2. D. de tut. & ration. distrah. l. ult. C. si maj fact. alienat. rat. hab. nam alios sibi etiam sine his firmiter obstringunt, pr. J. de auctor. tut. §. 9. Instit. de inutil. stipul. l. 13. §. 29. D. de act. empt. vend. l. 6. D. de V. O.*

A 3

IX. Non

## X.

Non deniq; sponſionibus inter ſe jure contendunt pater & filius-  
fam. per §. 6. *J. de inutil. ſtipul. §. 12. J. de oblig. qua ex delict. l. 4. D. de*  
*Judic. l. 2. D. de contrah. empt. l. 7. D. de O. & A. niſi hic peculium habe-*  
*at caſtreuſe, vel quaſi caſtreuſe, vel adventitiu, quod pleno jure ad ipſum*  
*pertineat, arg. d. l. 4. & ſibi Gloſſ. Bari. & Paul. D. de judic. d. l. 2. D. de con-*  
*trah. empt. l. 6. in ſu. pr. l. 7. C. de bon. qua lib. in poteſt. Nov. 117. c. 1. §.*  
*1. Job. Fab. & Bachov. ad §. item inutilis, Inſt. de inutil. ſtipul. Gomez.*  
*2. variar. reſol. 1. n. 2. Idem ſtatuendum de fratribus, in ejuſdem pote-*  
*ſtate exiſtentibus, v. Goedd. de contrah. ſtipul. c. 7. n. 85. ſeqq. Donell. 12.*  
*comment. 23.*

## XI.

Circa materiam ſponſionis conſiderandæ ſunt cum cauſæ, quæ  
ſponſiones jure recipiunt vel non recipiunt, ſeu ſuper quibus ſponſio-  
nes rectè fiunt vel non fiunt; tum res, quæ in ſponſionem deducuntur,  
ſeu hinc inde à contrahentibus promittuntur.

## XII.

Quod ad prius membrum attinet, duabus videtur res comprehen-  
di poſſe regulis: quarum una eſt, quod ſponſiones licitè interponan-  
tur non ſaltem ſuper ludis jure conceſſis, veluti certaminibus, pro virtute  
ſeu virtutis exercendæ gratiâ ſuſceptis, *ut in l. 3. D. de aleator. ſed*  
*generaliter ſuper omnibus cauſis, quæ per ſe ſunt honeſtæ (h. e. uti Dd.*  
*explicant, legibus ac bonis moribus non contrariæ, nec, ſi ſponſio ſuper*  
*ipſis facta fuerit, occaſionem delinquendi præbituræ) per l. 17. §. ult.*  
*D. de præſcr. verb. Cbilian. König d. l. & ſeq. Heig. d. l. n. 54. Stracc. de*  
*ſponſion. part. 3. n. 5. Petrus Santerr. de aſſecurat. part. 2. n. 19. 21. & 25.*

## XIII.

Ampliatur hæc regula, quod procedat, ſive cauſæ iſtiusmodi à fa-  
cto perſonæ, & aut unius ex contrahentibus, aut alterius cujuſvis, certæ  
vel incertæ, ſive planè à fortuna dependeant, *per l. 10. l. 57. l. 63. l. 99. §.*  
*1. l. 108. l. 126. pr. l. 129. D. de V. O. l. 12. D. de aſt. empt. vend. Petr. San-*  
*ter. d. l. n. 1. & 29. Covarr. ad c. peccatum §. 4. n. 2. Immo licet nullum*  
*quoq; commodum aut emolumentum ſpondentibus allaturæ ſint, Go-*  
*mez. 2. variar. reſol. 11. n. 4. Straccba d. tract. part. 2. n. 4. Zaf. ad l.*  
*37. de reb. credit. n. 5. neglecto præterea diſcrimine, utrum in futurum,*  
*an præſens vel præteritum tempus conferantur, arg. §. 6. J. de V. O. l.*  
*37. D.*

37. D. de reb. credit. l. 39. D. de iurejur. Stracc. d. l. Santer. d. l. n. 25. in  
fin. Matth. de Afflic. decis. 389. n. 3.

## XIV.

Hinc valere sponsonem cum Dd. concludo, quod par nummorum  
numerus in mea manu sit, vel impar: quod Titius Capitolium adscen-  
det, vel non adscendet: quod aliquis à me ro petet, vel non petet: quod  
craftino die pluet, vel non pluet: quod navis tali die domum redibit, vel  
non redibit: quod Imp. in Italiam hoc anno veniet, vel non veniet:  
quod Titius Senator aut Consul, Ferdinandus Imp. Julius Pontifex crea-  
bitur, vel non creabitur: quod Rex Hungariæ hoc mense coronabitur  
vel non coronabitur: quod instrumentum aliquod ostendetur, vel non  
ostendetur: quod Titij uxor masculum pariet, aut non pariet. *vid. Petr.  
Santer. d. l. n. 2. 16. 17. 18. 19. & 20. Stracc. d. tract. part. 4. § ex prædi-  
ctis, §. habes, & §. ex omnibus, Chilian. König d. c. 57. §. Und die Wete-  
ren/ & §. seq. Zas. ad d. l. 37. de reb. cred. n. 5. Gomez. d. l. Coras. 7. Miscel.  
Jur. 7. n. 1. Matth. de Afflic. d. decis. n. 1. & 4. in fin.*

## XV.

Item valet sponsio, quod Rex aliquis hoc anno regno suo excidet, vel  
non excidet; urbs quædam brevi expugnabitur, vel non expugnabitur, *v.  
Stracc. d. l. §. simili, Dec. d. consil. 115. quod navis salva in portū appelletur,  
vel non appelletur, vid. Coras. d. l. Strac. d. l. §. item quaris. Matth. de Af-  
flic. d. decis. n. 4. quod inter Titium & Bertam matrimoniū contrahetur,  
vel non contrahetur; dummodo ejusmodi sponsonem ineuntes Titio &  
Bertæ extranei sint, ut videri nequeant matrimoniū, quod Titius & Ber-  
ta aliàs contracturi erant, propter lucrum remoraturi, aut etiam liber-  
tatem ejus cogendo vel nimium persuadendo impedituri, arg. l. 134. D.  
de V. O. l. 5. §. fin. C. de Sponsal. c. gemma, extr. eod. Coras. d. l. Matth.  
de Afflic. d. l. Dec. d. consil. 115. n. 2. Stracc. d. part. 4. pr. n. 4. & 5. San-  
terr. d. l. n. 4. Zas. ad l. 108. de V. O. n. 6. 7.*

## XVI.

Valent, inquam, hæ sponsones, & quæ sunt ejus generis, aliæ.  
Neq; enim in illis quicquam regulariter videtur subesse, quod honestati  
aut juri vel directè vel saltem indirectè repugnet: quanquam id in qui-  
busdam earum interdum accidere posse non negem. Et hoc casu quin  
aliud quoq; statuendum sit, vix est quod dubitetur, quippe quod cessante  
ratione cessare quoq; debeat dispositio, *arg. l. 32. D. de pact. l. 6 §. 2. D.*

*de jur. patron.* Unde videmus, sponſiones ſuper ſucceſſu patriæ, victo-  
ria, aut urbis alicujus obſeſſæ deditiōe, rebus alioquin honeſtis, ſtatu-  
tis locorum non ubiq; probari, quod inde etiam occaſio nonnunquam  
dari poſſit, arcana hoſtibus prodendi, ob quæ ſperata victoria è manibus  
elabatur, uti tradit *Perez. cit. ſupr. loc. ex Zypæo in notâ jur. Belgic.*

XVII.

Quin & ſuper morte alicujus non ſolum in præteritum aut præ-  
ſens, quod quidem minus creditur habere dubitationis, *vid. Santer. d. l.*  
*n. 27. in fin. junct. n. 7. & ſeq.* ſed etiam in futurum tempus collatâ,  
ſponſionem rectè fieri, *Dd. autumant. v. Coraſ d. l. Baptiſt. in annot.*  
*ad Clar. d. §. ludus, n. 10. Dec. d. conſ. 115. n. 2. Stracc. d. l. n. 1. Matth. de*  
*Afflic. d. deciſ. n. 3.* Quorum opinio quamvis non improbabilis ſit, ſi  
aut is, ſuper cujus morte ſponſio interponitur, voluntatem ſuam accom-  
modet, *arg. l. fin. C. de pact. l. 5. ibi. ſi non convaluero. D. de naut. fæn.*  
*Stracc. d. l. n. 2. Sauterr. d. l. n. 28. in fin.* aut, eo hoc non faciente, peri-  
culum tamen inſidiarum abſit, quod videtur velle *Stracc. d. l. n. 7.*  
rectius tamen quem facturum arbitror, ſi ejusmodi ſponſione ab-  
ſtinuerit, cum etiam *Jctus Paulus* de iſta requiſitus noluerit conſu-  
lere, turpitudinem quandam eâ contineri ratus, uti teſtatur *Stracc. d. l.*  
*n. 2.* & iſtud maxime, ſi agatur de morte illius hominis, pro cujus vita i-  
pſum vota quoq; facere convenit. Nam ſi apponatur mors ejus, qui  
religioni aut patriæ inimicus eſt, ſponſio ſine dubio valebit, etiam ſi neu-  
tra illarum conditionum, quarum modò mentio facta eſt, accedat. *v. San-*  
*ter. d. l. n. 14. ſeq.*

XIIX.

Altera regula eſto, quod ſponſiones illicitè fiant non ſolum ſuper  
ludis jure prohibitis, ſive ipſi ludentes, ſive etiam ludi ſpectatores ad  
ſponſionem veniant, *per l. 3. D. de aleator. fac. aurb. interdiciamus. C. de*  
*Episc. & cler. Stracc. d. part. 4. §. queritur, & §. ſeq. Santer. d. l. n. 30.*  
*ſeq. Schultz. in ſynopſ. Jnſt. ad tit. de V. O. litt. B.* ſed generaliter ſuper  
omni cauſa inhoneſta, turpi ſeu injuſta, *d. l. 17. §. fin. D. de præſcrip.*  
*verb. arg. l. 26. D. de V. O. §. quod turpi, Jnſtit. & l. 4. C. de inutil. ſtipul.*  
*Stracc. d. tract. part. 3. n. 2. Santer. d. l. n. 5. 7. ſeqq. Zaf. ad l. 108. de*  
*V. O. n. 8.*

XIX.

Ampliatur hæc quoq; regula, quod procedat, ſive (1) turpe quid  
conci-

concipiatur in persona unius ex contrahentibus, & vel de futuro, vel etiam de præterito, *arg. l. 123. D. de V. O. sive in persona alterius, arg. l. 137. §. 6. D. d. t. dummodò tamen de futuro, Gloss. ad d. l. 123. de V. O. Salicet. ad l. 4. C. de inutil. stipul. v. Santer. d. l. n. 25. seq. (2) sive alter hic certus, & aut cognatione seu familiaritate spondentibus junctus, aut extraneus; sive omnino incertus sit: cum hic non attendatur persona turpiter faciens, sed turpis causa, occasionem delicti omnibus istis casibus facile datura, *Zaf. ad l. 26. de V. O. n. 22. Santer. d. l. n. 10. seqq.**

## XX.

Non igitur valet sponsio, sub hac conditione ab aliquo v. gr. cum Lucio inita, ut sibi 10 solvantur, si Lucius illicitum homicidium, vel adulterium, vel stuprum non committeret; & contrà, si contingat, ipse totidem Lucio solvat, *Santer. d. l. n. 8. & 2 seqq.* aut, ut viginti Lucio pendat, si hic homicidium injustum jam perpetraverit, vel adulteratus sit, vel stuprum fecerit; & ipse è contrario, si factum non sit, 20 ab illo accipiat, *arg. d. l. 123. de V. O.* item, ut Lucius sibi 10 det, si Sempronius Titium (quem tamen interficere fas non est) occidet, aut cum uxore Titij rem habeat: vel, si Titius occidetur, aut cum Titii uxore adulterium committetur, *Santer. d. l. n. 11. seqq.*

## XXI.

Inutilis quoq; est sponsio, quod alter alterum edendo aut bibendo superabit, *Santer. d. l. n. 16. Stracc. d. tr. part. 4. §. item quaro*: quod alter alterum prodigalitate vincet, qualis sponsio fuit illa, quæ inter Antonium & Cleopatram, Ægypti Reginam, facta fuit, relata à *Plin. lib. 9. natur. histor. cap. 35. & ex eo à Coras d. cap. 7. n. 4. Stracc. d. tract. part. 1. n. 2. Goedd. ad l. 7. de V. S. n. 13.* item, quod alter altero magis strenuè mentietur: quod alter altero sapius cum uxore congregietur: & si quæ sit alia ejusdem farinae.

## XXII.

Quandoq; tamen se res aliter habet, & licita est sponsio super causa turpi, ut ut hæc in persona unius ex contrahentibus de præterito aut futuro, vel in persona tertii de futuro concepta sit: si scilicet illa tendat non ad lædendos, sed conservandos bonos mores; si ad malum non invitet, sed vel jam factum puniat, vel fortassis secuturum avertat: veluti si cum aliquo, quem delictum patrâsse suspicaris, sponsione certes,  
B quod

quod delictum istud commiserit, & si fecerit, tibi centum solvat; aut si aliquod tibi carum caput, sed v. gr. scortationi seu lusui deditum, in rectam viam libenter reducturus, & à vitiis istis abducturus, vel cum ipso, vel eum alio, qui operam ipsum corrigendi offert, sponsonem contrahas, quod lusui seu scortationi indulgere perget; & datâ simul certâ pecuniâ, paciscaris, ut, si ita non sequetur, ea retineatur; sin sequetur, & illa tibi reddatur, & præterea alterum tantum, vel etiam major quantitas. Licita est, inquam, ejusmodi sponso, *arg. l. 121. §. 1. D. de V. O. l. 50. D. de pact. l. 70. §. ult. ibi nam penas. Et. D. de fidejuss. v. Stracc. d. tract. part. 4. §. hic etiam. Zas. ad l. 26. de V. O. n. 20. in fin. Et n. 21. Francisc. Pfeil consil. 36.*

### XXIII.

Rerum, quæ in sponsonem deducuntur, seu hinc inde à spondentibus promittuntur, spectanda iterum venit & qualitas & quantitas.

### XXIV.

Qualitas est, quod in sponsonem venire possint non solum res, in specie sic dictæ, sed etiam facta, *arg. §. fin. Inst. de V. O. ut tamen illæ sint (1) in rerum natura vel actu vel potentiâ, arg. §. 1. Inst. de inutil. stipul. junct. l. 73. D. de V. O. (2) commercio vel omnium hominum, vel saltem ejus, cui promittuntur, non exemptæ, arg. §. 2. Inst. d. t. l. 1. §. 9. in fin. D. de O. Et A. l. 34. l. 83. §. 5. D. de V. O. nec (3) jam pleno jure ejus, cui promittuntur, arg. d. §. 2. Inst. d. t. causâ sponsonis scilicet in præteritum, aut præsens tempus collatâ: nam si ea de futuro concipiatur, non statim vitatur sponso propter promissionem rei, ipsius domino factam, sed in suspenso est, *arg. l. 61. D. de contrah. empt. l. 31. D. de V. O. hæc verò non impossibilia vel naturâ, vel jure, l. 31. l. 185. de R. I. l. 5. C. de LL. l. 6. C. de pact. l. 15. D. de condit. instir.**

### XXV.

Quantitas nec civili, nec Saxonico jure certis limitibus est circumscripta. Et quanquam Chilian. König d. cap. 57. §. Und die Wetten / sponsones ultra aureum Ungaricum (qui hodie veteri solido ex generali passimq; recepta consuetudine suffectus existimatur, v. Mynsing, ad §.

alie

alia autem, *Iust. de donat. n. 8. Consult. Saxon. d. lib. 1. quest. 141.*) fieri non posse doceat: ab ejus tamen partibus qui stet, hactenus reperi neminem Quin & centum, ducenta, mille ex causa sponsonis validè promitti, ex *Ed. mihi rectè colligere videor. v. Zas. ad l. 108 de V. O. n. 6. Dec. d. conf. 115. Stracc. d. tract. part. 2. n. 4. Baptist. in annot. ad Clar. cit. supr. loc.* Quo accedit, quod nec wittenbergenfes, nec Lipsienses d. cap. 57. Königes quoad sponsones in pronunciando observent, *Heidecc. ad l. 5. D. de prescript. verb. th. 7. in fin. & quod, fratrem etiam fratri hoc nomine auff hundert Guldien per Scabinatum Lipsiensem condemnatum fuisse, tradatur Consult. Saxon. d. l. Adde Schultz in synops. Iust. d. supr. l.* Ut igitur arbitrio spondentium videatur relictum, quantà pecuniæ summâ certare velint.

## XXVI.

Nihilominus tamen, causâ postea in iudicium deductâ, si iudex consideratis personæ facultatibus, ceterisq; circumstantiis, summam istam viderit esse immodicam, & talem, ut ejus amissio non levi rei familiaris jacturâ victum adficere possit, partes illius fore arbitror, ut ejus rei rationem habeat, & propterea non protinus conventionem partium, sed potius æquitatem sequatur atq; observet, *arg. l. placuit, ubi Gothofr. in not. Cod. de judic.* Qua in re non possum mihi temperare, quin ex *Wehner. observ. pract. in verb. wetten* verba *N. R. part. 2. tit. 26.* hic apponam, præsertim cum aliud quoq; quod ad hanc materiam spectat, illis contineatur. Ita autem ista habent: Statutum est, *Wenn zween mit bedâhlichem Gemûhe / in Ernst / vnd nicht scherzweiss mit einander wetten / daß solche Werrung für krâfftig vnd bündig sol gehalten werden / etc.* Es were denn die Sach / darumb die Werrung geschicht / in sich selbst vnehrlich / schändlich vnd ärgerlich / oder die Summa der Werrung übermâssig / vnd dem verlustigten Theil zu erlegen hoch nachtheilig / welches zu Erkântniß Rechtsens stehen soll / dann die Werrungen mehr vmb Kurzweil / denn Gelds oder Guts willen / zu geschehen pflegen vnd sollen. Darumb auch solche Werrungsfachen wenn sie ins Recht gelangen / nicht nach der schârffe der Rechten / sondern der Billigkeit vnd Gelegenheit aller Umstände nach sollen entscheiden werden. *Egregia sanè constitutio, & circa hanc materiam notatu digna. Adde Sghotan. in exam. jurid. sub tit. de aleator.*

B 2

XXVII. For.



## XXVII.

Forma sponſionis eſſentialis ſeu interna eſt promiſſio, certaminis alicujus gratiâ ultro citroq; facta: quæ ſponſionem à reliquis pactio- nibus, cujuſcunq; etiam eæ generis ſint, ſeparat ac ſecernit. *vid. alleg. ſu- præ ad ſb. 2. in eventu victoria*

## XXIIX.

Forma ſponſionis accidentalis ſeu externa eſt, quod ſponſio con- trahatur vel deſiſto ſimul pignore, & aut ab utrâq; , aut unâ ſaltem parte; vel ſine deſiſtione pignoris alicujus, & iterum aut per ſtipulati- onem, aut nudum tantum pactum. *vid. Stracc. d. tract. part. 2.*

## XXIX.

Deſiſto ab utraq; parte pignore ſponſio fit, cum uterq; contra- hentium tertio alicui, judici ſponſionis conſtituto, rem aliquam tradit, ut futuro poſtea victori ab eo reſtituatur. Cujus elegans nobis exem- plum ſuppeditat Poeta in *Bucol. Eclog. 3 verſ. 28. ſeqq. vid. Goedd. de ſe- queſtrat. poſſeſſ. c. 1. n. 163.* Atq; ejuſmodi deſiſtitionem etiam ſequeſtra- tionem, & judicem, apud quem facta eſt, ſequeſtrem, veteribus ſculnam dici, notat *Cujac. in parat. ad tit. C. de prohib. ſequeſtr.*

## XXX.

Deſiſto ab una ſaltem parte pignore ſponſio fit, cum e. gr. alter ex contrahentibus alteri decem tradit, ut, ſi hic vicerit, ea retineat; ſi victus fuerit, & illa reddat, & aliquid aliud præterea ſolvat. *vid. Stracc. d. l. n. 4.*

## XXXI.

Sine deſiſtitione pignoris alicujus per ſtipulationem ſponſio fit, cum, traditione rei à neutra parte interveniente, Lucius v. gr. certam pecuniæ ſummam à Sempronio ſtipulatur, ſi aliquid factum fuerit; & hic reſtipulatur ab illo, ſi iſtud factum non fuerit. Ad quem modum ſponſionem inter C. Lutatium Cos. & Q. Valerium Prætorem, judice Atilio Calatino electo, initam fuiſſe, refert *Valer. Max. lib. 2. cap. 8. ſ. poſt has.*

## XXXII.

Sine deſiſtitione pignoris alicujus per nudum tantum pactum ſpon- ſio deniq; fit, cum, nullâ neq; re traditâ, neq; ſtipulatione ſubditâ, ſolus ad- eſt contrahentium in ſponſionem conſenſus, iſq; vel expreſſus, per verba, ſive

sive ore prolata, sive in scripturam redacta, expositus; vel tacitus, per signum aliquod, ut nutum, junctionem manuum, aut aliud tale, declaratus.

## XXXIII.

Ceterum quocumque horum modorum sponsio contrahatur, firma est ac valida, quippe cum hodie (contra quam sit jure nostro civili, l. 7 §. 4. seq. D. & l. 10. C. de pact.) quodvis pactum, LL ac bonis moribus non adversum, secundum communem Dd. opinionem obligationem pariat, atque actionem producat, Wesenb. in parat. ad tit. D. de pact. n. 9. vers. *quanquam*. Confer Rittersb. de differ. jur. civil. & canon. l. 3. c. 1. Treutl. 1. disp. 6. th. 9. B. Anton. Thesaur. 2. quest. forens. 19. in fin. idque auctoritate juris canonici, ut quidem itidem Dd. communiter statuunt per c. 1. & 3. extr. de pact. Rittersb. d. l. Gomez. 2. variar. resolut. 9 n. 2. in fin. Soarez. in thesaur. recept. sentent. lit. P. n. 1. Parlador. 2. rer. quotid. 3. n. 16. quod jus moribus postea receptum ac comprobatum fuit. v. Bacbov. ad Treutler. d. l. Rosb. de compar. jur. civ. & canon. tit. 9. n. 19.

## XXXIV.

Neque interest, æquali sponsio ineatur conditione, an inæquali. Nam valet illa etiam ita contracta, ut unus altero majorem summam deponat, majusque periculum sustineat, arg. l. 16. §. 4. D. de minor. quod & ratio dubii atque incerti eventus, sponsones plerumque comitantis, suadet, arg. l. 17. C. de usur. Perez. cit. supr. loc. & Dd. passim.

## XXXV.

Quæ tamen omnia tum demum obtinent, si (1) sponsio serio & deliberato, non per ludum aut jocum fiat, arg. l. 3. in fin. D. de O. & A. vid. N. R. supra th. 26 alleg. Goed. de contrab. stipul. cap. 3. conclus. 6. nec (2) error aliquis interveniat, essentiam sponsonis ingrediens, & dissensum in ipso negotio generans, l. 57. D. de O. & A. l. 55. D. cod. junct. l. 15. D. de jurisdic. l. 2. pr. D. de judic. qualis est error in causa sponsonis, veluti si duo super re aliqua, urbi Francofurti eventurâ, sponsones contendant, & unus Francofurtum ad Mœnum, alter illud, quod est ad Viadrum, intelligat, arg. dd. & item error in corpore rei promissæ, §. si de alia, Inst. de inutil. stipul. l. 83. §. 1. l. 137. §. 1. De V. O. & c. vid. Donell. 12. comm. 7. Goed. d. c. 3. conclus. 1. seqq. Borcholt ad tit. D. de V. O. cap. 5. n. 71. seqq.

## XXXVI.

Finis sponſionis generalis, & omnibus ſponſionem ineuntibus pro-  
poſitus, eſt, ut negotium de aliquo ſolvendo, i. e. dando, vel faciendo,  
vel præſtando, ſit contractum, *arg. pr. Inſt. de Obligat. junct. l. 3. D. de*  
*O. & A. ſpecialis verò, & quibuſdam ſaltem propoſitus, eſt varius, aliis*  
*lucris, aliis ſolatij, aliis delectationis, aliis aliùs rei gratiâ ſponſione cer-*  
*tantibus. v. Santer. cit. ſæpius loc. n. 23. R. N. d. l. & confer. th. 22.*

## XXXVII.

Et quidem ſi finem, quem intendunt, ſpondentes adſequi velint,  
oportet eos id agere, ut inter ipſos ſolutio activè & paſſivè procedat,  
ſponſionem aliàs inutiliter contracturos, *arg. l. ii. D. de O. & A. §. ſi*  
*quâ alium, & §. ſeq. Inſt. de inutil. ſtipulat. l. 38. §. 17. D. de V. O. præter-*  
*quam in caſibus exceptis, de quibus Dd. & imprimis Schneidvv. ad dd.*  
*§§. Inſt. de inutil. ſtipulat.*

## XXXIIX.

Effectus ſponſionis, ſecundum præſcriptum jam modum peractæ,  
& ad perfectionem ſuam perductæ, eſt, quod victori debeatur id, de quo  
in eventum ſeu caſum victoriæ ipſi præſtando conventum fuit.

## XXXIX.

Pro victore autem habendus eſt, non ſolùm qui re vera jam vicit,  
ſed & is, per quem non ſtat, quò minus vincat, adverſario id, de quo con-  
tentio fuit, facere recuſante: veluti, ſi Lucius cum Titio ſponſionem fa-  
ciat, quod hic minus, quàm ipſe, curret aut ſaliet, & Titius planè currere  
aut ſalire deinde nolit. Certè hoc caſu Titius æquè tenebitur, ac ſi cur-  
rendo aut ſaliendo verè à Titio victus aut ſuperatus fuiſſet, *arg. l. 24. D.*  
*de condit. & demonſtr. l. 161. D. de R. J. c. cum non ſtat, de R. J.*  
*in ſexto. l. 9. §. 3. D. de dolo mal. l. 85. §. fin. D. de V. O. fac.*  
*l. 32. ubi Dd. D. de V. S. l. 7. §. 2. verſ. minus, ubi Paul. D. de tribut. act.*  
*Gloſſ. Jaf. Salicet. ad l. 17. §. fin. D. de præſcr. verb. Stracc. d. tr. de ſpon-*  
*ſion. part 4 §. item quæro. Franciſc. Pfeil. conſil. 34. ubi n. 3. ita vulgè*  
*receptum teſtatur.*

## XL.

Sed ſi Cajus cum Mævio ſponſionem contrahat, quod hic aliquid  
non faciet, v. gr. quod Romam non proficiſcetur: & Mævius poſtea,  
nullâ re aliâ, quam caſu & vim majore impeditus, iſtud non faciat, & Ro-

mam

mam non proficiatur; an Cajus nihilominus victor, Mævius verò victus censendus erit? Equidem si quoquo modo, contrahentes factum simpliciter respexisse, appareat, arbitrò id ad firmandum: sin minus, neutrum victorem aut victum judicandum. *vid. Besold. in thes. pract. in verb. Wettin / & confer l. 56. l. 192. D. de R. l. l. 39. D. de pact. l. 99. pr. D. de V. O.*

## XLI.

Porro si id, quod victori ita debetur, aut victor jam habeat, aut in eo solvendo nulla tergiversatio seu mora adhibeatur, res expedita est: Sin contrà eveniat, utendum erit victori, si quid obtinere volet, actionibus, ad id, quod ex causa sponsonis debetur, consequendum competentibus: quales actiones sunt 1. actio præscriptis verbis, 2. Condictio certi, 3. actio ex stipulatu, & 4. condictio ex canone.

## XLII.

Actio præscriptis verbis victori datur non solum adversus ipsum victum in casu *suprà th. 30* relato, *vid. Stracc. d. tr. de sponson. part. 2. n. 4* modò stipulatio animo novandi subdita non sit, *arg. S. pen. Inst. quib. mod. toll. oblig. junct. l. 1. pr. D. de novat.* verum etiam adversus tertium, qui pignus sponsonis causâ sub pacto, ut futuro victori restituat, accepit: quod pactum siquidem præsentem victorem factum sit, actio præscriptis verbis directâ competet; sin minus, utili locus erit, *l. 17. § fin. D. de præscript. verb. junct. l. 13. pr. D. de pignor. act. l. 26. pr. D. deposit. Paul. de Castr. ad d. l. 17. § ult. & ex eo Stracc. d. tr. part. 4. § fin. n. 2.*

## XLIII.

Condictio certi & actio ex stipulatu locū habent, cum ad sponsonem stipulatio accessit, sive simul depositum sit pignus, sive non. Et illa quidem datur, si stipulatio certa sit, deductâ in eam vel determinatâ specie, vel aliâ re, de qua constet, quæ, qualis, & quanta sit, *pr. Instit. de V. O. junct. l. 6. D. de reb. cre. l. 74. D. de V. O.* hæc verò competit, si stipulatio incerta sit, *d. pr. Inst. de V. O. confer l. 75. D. eod.*

## XLIV.

Condictio deniq; ex canone, sive, si quis hoc malit, condictio ex moribus datur, cum nudo pacto sponso facta est, *arg. l. unic. D. de condict. ex leg. vid. Wesenb. cit. supr. th. 33. loc. Anton. Gothofr. disputat. feud. 13. th. 1. D.*


## XLV. Non-

Nonnunquam tamen istæ actiones, quas dixi, impediuntur, ut cum effectu intentari seu exerceri nequeant, iustâ aliquâ exceptione contra eas competente: quod fit (1) si quis ad sponsonem ineundam metu compulsus sit, §. 1. *Inst. de except. l. 5. C. de inutil. stipul. t. t. D. quod met. caus. & t. t. C. de hi qui vi met.* (2) Si victor aut dolo malo victum ad sponsonem pertraxerit, *arg. l. 36. D. de V. O. d. l. 5. C. de inutil. stipul. puta ignorantiam ejus rei, de qua agebatur, simulando, arg. l. 1. §. 2. D. de dol. mal. Perez. cit. supr. loc. Stracc. d. part. 4. §. item quero, vel captationes verborum adhibendo. fac. §. sed quia, Inst. de fideicom. hered. l. 5. D. d. transact. l. pen. D. ad exhib. Stracc. d. part. 4. §. illud postremo, n. 3. Besold. in thes. pract. d. l. aut sponsonem quoq; jam contractâ fallacis & dolosis machinationibus ad victoriam obtinendam usus sit, l. 7. pr. & §. 3. ubi Dd. D. de dol. mal. veluti si ad cursum sponsonem à se provocatum humi prostraverit. Quò pertinet illud Chryssippi apud Cicer lib. 3. *Offic. Qui stadium currit, eniti & contendere debet, quàm maximè possit, ut vincat: supplantare eum, qui cum certet, aut manu depellere nullo modo debet.* (3) si minor 25. annis, curatorem non habens, sponsonem contraxerit, facilitate suâ & lubrico ætatis lapsus, t. t. D. de minor. l. 3. *vers. si verò, & t. t. C. de in integr. restit. min.**


Disputationem hanc claudat quæstio illa ardua ac difficilis, & circa quam Dd. hinc inde variant: An scilicet sponsones nimis inæquali conditione factæ rescindi possint? Quam quæstionem pulchrè examinat *Stracc. d. part. 4. §. quero igitur*, & pro affirmativa tandem concludit: pro qua etiam mihi militare est propositum, sed sub istis conditionibus, quæ à *Stracc. d. l.* adduntur, sed hinc subungi jam nequeunt. Videatur præterea *Anton. Thesaur. 2. quæst. forens. 19. n. 4. seq.*

*Tantum.*


SOLI DEO GLORIA.







the scale towards document



quando quis obscuro loco natus, fraudu-  
 tatione, nobili alicui familiæ se infere-  
 sub titulo cognationis ab aliis, vel ejus-  
 familiæ, nobilibus pecuniam, vel aliud  
 dicet, vel alio modo eosdem fallat.  
 1615. vagabundus quidam homo cõ-  
 uelem Phocam, Palatinum Constanti-  
 cupans, & ex familia illustri Græcorum  
 jactans, adjumeto intercessionũ, quas  
 tẽ impetraverat, in plurimorum prin-  
 s, & civitatibus ingentem pecuniæ  
 & emendicavit; cui postea, ob delicti  
 pœnam dictaverunt Scabini Lipsien-  
 no 1629. Mens. Martio fœminæ cui-  
 , ex nobili familia se natam & bonis  
 mutato nomine à Nobilibus pecuni-  
 pœnam temporalis relegationis in-  
 runt. *Carpzov. prax. criminal. part. 2.*  
 am sequenti *num. 41.* adducit exem-  
 assumpto nomine Advocati cujus-  
 ejus publicè jactaverat, quem postea  
 iudicæ Senatus virgis coedi, & exilio  
 tinent & huc exempla relata à *Valers*

XVI.

us est, quando quis, personã sua pla-  
 en suum mutat, & se pro alio suppo-  
 ma apud Historicos aliosq; scripto-  
 inter quæ notissimum est illud Plau-  
 ptã forma Amphitruonis, adversus  
 nocte quadam, velut è bello rever-  
 incubuit. Plura vide apud *Johannem*

B 3

Cor. 4